

76

excussio uno oculo, et per ventrem perforatus  
nihil tamen remissus egit, similis filius Sar-  
nis et Machabeis. Eodem Plavi iidem  
reversi de Holsatia in terram suam oppugnati  
sunt in Demmyn et Dobyn per comitem Hol-  
satie et Danos et fidem & baptismum acceperunt;  
quam tamen postea abjecerunt.

### Cap. 21.

Comes noster Adolphus fecit iterum amicitias cum  
Nicoloto, fundamentaliter tamen sibi non credidit.  
Non longe vero postea Ericus Rex Daciae occiditur,  
et tres persona regales certant de regno scil. Sweyn  
Erici filius, Waldemar Kanuti filius, et Kanutus filius  
Magni. Comes vero noster homagium fecit Kanuto ideo  
venit Sweyn in gravi potentia et terram Wagirorum  
vastavit Aldenborg succendit et omnem terram mariti-  
mam et suburbium Tegeberg vorax flamma ignis  
absurvit. Postea comes noster Adolphus pugnatu-  
rus contra Sweyn qui fuit in Hleswig principem  
militie Sweyn nomine Ethlerum natum de Dethmercia  
divitiis Danorum sublevatum autorem discordiarum  
occidit, cum multis aliis nobilibusq; quampluribus  
secum ductis captivis; Rex vero pervenit usque  
Hleswyk. Comes autem noster pacificus longo tempore  
fuit clero apprimè benevolus, gentem suam Holsaticam  
cervicofam & agrestem iugo pacis domavit à rapinis prohibuit.  
Posthac Sweyn filius Erici reconciliatus est Regi  
Danorum et Kanutus Magni filius projectus  
de terra